

SIGISMUNDUS AVGUSTUS DEI GR<sup>A</sup> REX POLONIE MAGNUS DUX LITHUANIE RUSSIE PRUSSIE.

MARCONIA SAMOGITIA ETC. DOMINUS ET HERES.

*Decreti ex parte debitum*  
*Significamus presentibus literis nostris quibus expedit uniuscim.  
Suolam esse ad nos a iudicio supremo arcis cracoviensis per appella-  
tionem causam inter honestam Barbaram relictam olim Ioannis Soczenka  
viduam Actricem. et Nobilem Matfiam Skorkonski Notarium Tselonei  
Comitis Ossiezzieni. Cittatum. prius coram iudicio scabinali oppidi  
Tarnowien agitatam. occasione prioritatis iuris. super bona olim Mar-  
tini Soczenka uti ea omnia ac his causa fuisse continentur. Inter-  
minos hucusq; continuato partitione missis per se et plenipoten-  
tiae suae comparationib;. Nos Controversia earum. totog; consu-  
processu per Consilios et Unisperitos nostros diligenter exami-  
nato et expenso deprendimus. Martinum Soczenka. neq; Ma-  
tfiam Skorkonski. neq; Barbara illas legationes vel inscriptiones  
super bonis immobilibus et mobilibus suis. potuisse ex prescri-  
pto iuri testamentaliter facere. Ideoq; utramq; sentenciam  
tam iudicij Tarnowien. quam iuriis supremi retractante  
Decernimus. Matfiam Skorkonski testamentaria hac inscione  
sua legatione debitum trecentarum marcarum in bonis Martini  
Soczenka repetere non posse. neq; etiam alia priori inscione  
super quam Barbara manu ipsius Matfis quietationem scri-  
psit Coram nobis reproduxit. cui ipsem Matfias acquisi-  
uit. Reservato nifilominus in robore decreto nostro priori occa-  
sione debiti fisco nostro per Ioannem Soczenka filium Mar-  
tini Soczenka contracti. cuius vigore Matfias possessionem  
bonorum Ioannis Soczenka asecutus est. Sed et ipsam  
Barbaram ea legatione Testamentaria ducentas marcas  
non posse in bonis Martini repetere dotalicio Barbarae in de-  
bito robore conservato iuxta decreta nostra priora Expen-  
sas inter partes utriusq; compensamus. Harum testimonio  
literarum Sigillum nostrum appossumus est. Datum V Aris:  
sonis feria Tertia pridie festi Sanctorum Simonis et Iudei  
Apostolorum. Anno Domini Millesimo Quintagesimo  
Quingentesimo Sexto. Regni nostri Vigesimo septimo.*

Relatio M<sup>E</sup>C<sup>I</sup> YOAN. DE OCZIESZIENI P<sup>R</sup> P.  
(anc. Cracoznat<sup>i</sup>. Sandecen. Ol:  
stinea Capit. Suc<sup>i</sup> Cracoz)